



## Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,  
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]  
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum  
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

**Burchardus <Wormaciensis>**

**Parisiis, 1549**

Quod animæ humanæ inter cæteras creaturas ab initio non sint creatæ.  
Cap. i.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10722**

- Quod distictus iudex ad iudicium veniens peccatorē vi-  
deat, ut feriat, non ut saluet. ciiii.  
 Quod Deus ad iudicium veniat ad ferendum videns, &  
ad saluandum non videns. cv.  
 Quod in die iudicii duo ordines ī quatuor diuidātur. cvi.  
 Quod liber vitæ sit ipsa visio aduenientis iudicis: quia  
quicquid quis fecerat, ipso viso statim intelliget. cvii.  
 De gloria sanctorum post iudicium. cviii.  
 Quod finito iudicio incipiat esse seculū nouum, &c. cix.  
 Contra eos qui dicunt, si post factum iudicium erit cōfla-  
gratio mundi, ubi tunc esse potuerint sancti, qui nō con-  
tingantur flamma incendii. cx.

Indicis Capitulorum FINIS.

# D. Burchardi

ECCLESIAE VVORMACI-  
ensis Episcopi, de Contemplatione,  
Decretorum Liber XX.

## ARGVMENTVM LIBRI.

Liber hic Speculator vocatur. Seculatur enim de prouidētia & prædestinatione diuina, & de aduētu Antichristi, de eius operib⁹, de resurrectione, de die iudicii, de infernalibus poenis, de felicitate perpetuæ vitæ.

Quod animæ humanæ inter cæteras creaturas ab  
initio non sunt creatæ. Caput I.

Nimas hominum non esse dicimus ab initio *August.*  
inter cæteras intellecuales naturas, nec se- dicit.

A mel creatas, ut Origenes singit: neq; cū cor-  
poribus per coitum seminarī, sicut Luciferia-  
ni & Cyrillus, & aliqui Latinorū præsumen-

QQ iii

D. BVRCHAR DI EPIS. MVRORMAC.

tes affirmant, quasi naturæ consequentia seruiente: Sed dicimus corpus tantum per coniugii copulam seminar, vel verò iudicio coagulari in vulva, & fingi, atq; formari. Formatu iam corpore, animam creari, & infundi, ut viuatur vtero homo ex anima constans, & corpore, egreditur ut viuus ex vtero, plenus substâlia. Creationem verò animæ, solum creatorum omnium nosse.

*Quod duæ animæ non sunt in uno homine, ut quidem dicunt sed una tantum.* Cap. II.

August.

**N**ON duas animas esse dicimus in uno hominie, sicut quidam Iacob, & alii Syrorum disputationes scribit, ut una anima sit de qua animetur corp<sup>s</sup>, & immixta sic in genere, & altera spiritualis, quæ rationem ministret sed dicimus unam esse candemq; animam in homine, quæ & corpus sua societate viuificet, & semetipsam sua ratione disponat, habens in se libertatem arbitrii, ut in sua substâlia eligat cogitationem quam vult.

*Quod solus homo habeat animam sustentiam.*

Caput III.

Idem.

**S**olum hominem credimus habere animam substâliam, ex qua corpus viuit, & rationem suam, & ingenium viuaciter tenet. Neque cum corpore moritur, sicut Aratus afferit, neq; post modicum interuallum, sicut Zenon, qui substancialiter viuit.

*Ut pecudum animæ cum carnis morte finiantur.*

Caput IIII.

Idem.

**P**ecudum animæ non sunt substâlia sed cum ipsa corporis viuacitate nascuntur, & cum carnis morte finiuntur. Et ideo nec ratione reguntur, sicut Plato & Alexander putant: sed ad omnia naturæ incitamenta ducuntur.

*Quod anima humana non cum carne moriatur.* Cap. IV.

Idem.

**A**nima humana non cum carne moritur: quia non corporis, vt superius diximus, semen est, sed formatu immitis Dei iudicio corpore, dicimus eam creari, & infundi, ut viuat homo intus in vtero, & sic nativitate procedat in mundo.